

Habito principio, annos mundi, natiuitatum, uel alio-
rū principiorum reuoluere. Propo. xxxii.

PRæscribe principium ipsum, notando an fuerit in bisextili, aut in pri-
mo, secundo uel tertio post bisextum, & hoc serua tanquam radicem
Deinde considera quot anni completi ab eo principio usq; ad instans re-
uolutionis eius quam quæris transierint, & cum eodem numero annorū
si excedit 40. intrabis primo cum annis collectis, uel cum minori pro-
pinqiori, & tempus quod ibidem ponitur cum titulo minutionis supe-
rius posito, extra scribe. Deinde cum residuo si est, intra in annis expan-
sis, & in directo eius tempus scriptum in parte anni bisextilis, si principi-
um tuum fuit in bisextili, & post locum bisexti, aut in parte anni primi
post bisextum, aut secundi, aut tertij, uti fuit principium unā cum titu-
lo additionis aut minutionis extra scribe. Minue itaq; de his quod mi-
nuendum est, & adde quod addendum est cum tempore principij, &
proueniet reuolutio non æquata. Eam autem sic æquabis. Intra cum gra-
du Solis principij in tabulam æquationum reuolutionum, & in directo
eius sub signo Solis principij, numerum secundorum repertum cum suo
titulo extra scribe, & ipsum multiplica per numerū annorū intermediorū
inter principij & tuæ reuolutionis instās, & de producto fac secundum ti-
tulum æquationis, addendo aut minuendo cum tempore reuolutionis nō
æquata, & exhibit reuolutio æquata, quæ erit diebus æquatis, eo quod
principium est diebus æquatis. Si uero principium est diebus inæquatis,
erit etiam reuolutio diebus inæquatis. Exemplo apertius in rem deueni-
es. Volo reuolutionem annorum mundi & introitum Solis in primum
punctum signi Arietis pro anno Christi 1536 currēte, ab illis annis cur-
rentibus, subtrahō annos principij currentes ad quos radices ordina-
tæ sunt, qui sunt anni Christi 1531 currentes, & remanebunt anni 5 cō-
pleti ab isto principio usq; ad instans reuolutionis propositæ. Cum qui-
bus intro tabulam annorum expansorū in columnulā tertij post bisexti-
lem, eo quod radix fundata est ad tertium post bisextilem & reperio 18 ho-
ras 53 mi. 40 secund. cum titulo M. quæ subscribo radici pro introitu So-
lis in V. scilicet 10 diebus 18 ho. 45 mi. Nunc propter literam M. ibidem
repertam, subtrahē numerum horarum & minutarum, & secundorum ex
directo 5 annorum inuentorum à tempore radice, & proneniunt dies 9.
Martij post merid. horæ 23. mi. 51. secund. 20. Introitus Solis in primum
punctum Arietis. Nunc pro æquatione huius introitus, intro tabulam æ-
quationis reuolutionū cum 0 gra. Arietis, & reperio .0. secund. cum titu-
lo M. ergo iste introitus est de facto æquatus.

F

Equatio reuolu-
tionis.